



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

91 Iusiurandum non violare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

num *lib. 3.* Iphicrates capitis reus iuuenes in iudicio cum gladijs collocauit, qui monstrantes capita iudicibus, terrorem eis incusserunt, ita ut reum absoluerent. Et Cic. pro Milone conqueritur, quod in foro iudiciali Pompeius disposuisset armatos milites, & quod noui iudicij noua forma terreret oculos, &c.

*Charondas Thurinus* ad vim & cruorem vsque feditiosus, conciones ciuium pacauerat, lege cauendo, ut si quis eas cum ferro intrasset, statim interficeretur, atq; cum idem, interiecto tempore, ex longinquo rure, gladio cinctus domum repetens, subito indicta concione, sicut erat, in eam procellisset, & monitus fuisset ab eo, qui proximè ei constiterat, solutè suæ legis: *Idem ego*, inquit, *eam forsam*, ac protinus ferro, quod habebat, incubuit, cumq; liceret culpam vel dissimulare, vel errore defendere, poenam tamen representare maluit, ne qua fraus iustitiæ fieret. *Cic. 2. de leg. Val. lib. 6. c. 5.* Locum, vbi iudicia exercentur, tutum esse oportet, tam iudicibus, quàm litigantibus. Ideoq; Deiotès, cum esset à Medis vocatus, ut iudicaret, arcem sibi tutam construi, addi custodes voluit, ut eò tutius & sine metu iudicare posset. *Herod. lib. 1.*

## SIGNVM XCI.

IVS VRANDVM NON VIOLARE.

Vide Theb.

Lampsacenis interminatus erat excidium *Alexander Magnus*, & ut videt Anaximenum legatione ad se missum, & præceptorè, & eloquentia suspectum, sanctè iuravit, nihil se facturum quod peteret. Tum ille: *Rogote*, inquit, *ut Lampsacem patriam meam diripias.* Atque ita à captiuo victor



victor captum se sensit, & præter animi sententiã  
vrbi parcere coactus fuit, & salus Verbis vici  
menti beneficio constitit, ait Val. lib. 7. c. 3.

## SIGNVM XCII.

IVSTITIAM PROSTRATAM  
omni tempore erigere.

Celebri,  
incorrupta  
esse iustitia.

Vide fig-  
num 94.

à Tribus  
dicebantur  
Tribunalia.

Vide Thea-  
trum,  
Triumphũ.

1. **I**udicabat *Samuel* Israëlẽm cunctis diebus  
tæ suæ. 1. Reg. 7. v. 15. 16. 17.
2. *Moyse*s ab initio congregato populo tamẽ  
iudicabat certo tempore, & non continuo, do-  
nec, ex consilio Iethro, prouidit de omni iude  
viros sapientes & timẽtes Deum, in quibus erat  
veritas, & qui oderant auaritiã, Tribunos, Co-  
turiatores, Quinquagenarios, & Decanos, ut  
iudicaret populum omni tempore facilitate  
minantes, grauiora sibi reseruans. Exod. 18.
3. *M. Antoninus Philosophus* 230. dies rebus  
dis litibusque disceptandis constituit. Ind. Ca.
4. *Iosaphat Rex Iuda* laudatur, quod constituit  
Iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda tamẽ  
per singula loca, & in Hierusalem constituit  
iuitas & Sacerdotes, & Principes familiarum  
Israël, ut iudicium & causam Domini iudicarent  
habitoribus eius. Iudicibus autem & Magistra-  
tibus à se constitutis præcepit: Videte quod iudi-  
catis: non enim hominis exercebitur iudicium, sed  
& quodcunq; iudicaueritis, in vos rediet. (1. Par.  
19. v. 3.) Cũ, inquam, Iosaphat iudicauerat  
turbata, numine placando restituere vellet, ho-  
cẽs Iudicibus dixit: Domini eos iudicium iudi-